

Hermann Schuckmann Heinrich Cling

Disputatio Inauguralis, De Peccato Originis

Rostochii: Kilius, 1648


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn738369160>

Druck Freier  Zugang



R. U. Med. 2648

Schückmann, Hermann
Verf.: Klinge, Heinrich



DISPUTATIO INAUGURALIS,
DE
PECCATO
ORIGINIS,

Quam
SUMMO FAVENTE NUMINE,
Ex decreto & autoritate, Venerandi
Theologorum Collegij,

PRÆSIDE

*Admodum Reverendo, Clarissimo &
Excellentissimo,*

DN. HERMANNO SCHUCK-
MANNŌ, S. S. Theol. D. & P. P. nec
non p. t. DECANŌ spectabili,

Pro summis in Theologia honoribus
consequendis,

Publico eruditorum examini sistis

HENRICUS CLINGE

Rostochiensis, S. S. Theol. Prof.
designatus.

Habebitur ad diem VI. Jun.

*in Auditorio Majori,
horis ante ; & pomeridianis.*

ROSTOCHII,


Typis NICOLAI KILII, Acad. Typogr. Anno 1648.

DISPUTATIO IN ANTIQVA
DE
PECCATO
ORIGINIS.

NUMMO FORTI ENTE NUMMI
ex dectore theologiae & canonicae
Theologiae Collegii

DR. HERMANNO SCHUBO
MANNO & Theol. D. & F. R. P.
P. Obitur in theologiae honoribus
condignis

Manuscripts-
Bibliothek
Rostock



QUOD FELIX FAU- STUMQUE SIT.

THESIS I.



Hilorumum, Medicum Græcum, cuidam ut digitum suum curaret, petenti, cum ex visu vultu & anhelitu, graviore morbo, nempe tabe, cum laborare animadvertisset, sic respondisse ferunt: Nequaquam te decet, amice, hoc temporis articulo de unguibus tuis tam sollicitum esse. Tali aut non absimili responso digni sunt,

qui, τὰ μὲν ἐπιβόλαια παρέντες, τὰ ἰατρικὰ δὲ σκοπῶντες ἡγούνται τὰ ψευδῆ κενὰ πρᾶττον: Vel qui necessaria negligunt, in non necessariis admodum solliciti.

II.

Et profecto — — nil tibi prodest

aërias tentasse domos, animamq, profundum

Percurrisse polum;

nihilq; te juvat, quod cum Martâ μεριμνᾷς καὶ τυρβάλλῃ πρὸς πόλιν, Luc. X, 41. cum Homericō illo Laërte hortum, agros, domum, omnia cures, cum personatæ Disciplinæ studiosis, quos in secundo πρὸς βόλῳ collocat, & Job. XX, 38. eleganter describit Epictetus, τὰ ἐγκύκλια tractes, & cum aliis aliis I. ad Tim. 1, 19. agas, nisi credas, quod Jesus sit Christus, filius Dei, ut credens vitam habes in nomine ejus, & nisi studeas retinere fidem & bonam conscientiam, II, Pet. I, 10. vocationem & electionem tuam firmam efficere, atq; ita tandem, juxta promissio- I. Job. 2, 25. nem, quam Deus pollicitus est, ingredi vitam æternam; in quorum priore intermedius, posteriore verò ultimus, respectu nostri, Theologiæ finis consistit.

III.

Jam cum carnis cupiditates militent ad versus animam, pugnam

ad Gal.
V, 16. 17.

dū est contrā eas, Misere autem pugnant, qui hostem nesciunt. Præterea
cū morbi cognitio sit initium & bona pars curationis; & agnitio peccati
quā πὸ γνῶσις σεαυτῶν magnā ex parte absolvitur, salutis initium sit, quod
Gentiles etiam, (tametsi veram naturam peccati, prout est intima & pro-
fundissima hominis corruptio, perspectam non habuerunt) lumine ra-
tionis & conscientiae dictamine edocti agnoverunt; Sic enim Seneca,
cum sententiam hanc: *initium salutis est notitia peccati*, quam Epicu-
rō tribuit, retulisset; subjicit causam: nam qui peccare se nescit (inquit)
corrigi non vult; deprehendaste oportet antequam emendes. Deniq;
quod caput rei est, cum tota ScripturaS. in hoc occupetur, ut per agnitio-
nem peccati, quæ ex lege est, ad Christum mediatorem nos ducat, operæ
precium, omnino fuerit, de peccatis nostris omnium malorum causis
identidem cogitare, identidem loqui. Et ipse equidem constitueram ce-
leberrimam, necessariam, difficilem, latè patentem, à multis multorum
seculorum ignorantia veræ Theologiæ sanæq; Philosophiæ corruptam
& depravatam de Peccato doctrinam integram explicare; & ἐπὶ
πλείον ἐξακριβῶν.

IV.

Verum.

Ὡς εἶδεν ἡ μάθησις, ἀν μὴ νῆς παρῆ!

Sapere autem quomodo mihi detur, propter obitum parentis optimi
& piissimi, πῶς πράξις τῆ λύπῃ ferè κανονίζονται? Quare vela contra-
hens summa littora legam, & hac vice de Peccato Originis breviter
& ὡς ἐν τῷ πῶ differam.

V.

Nemini autem eruditorum in Ecclesiā dubium esse potest, ex-
plicatione imaginis Dei, tanquam πρῶτα λίσσῃ, ad accuratiorem peccati
originalis cognitionem opus esse, ut contraria juxta se posita magis
elucescant.

VI.

Cum verò inter omnia animantia solus homo intellectu & vo-
luntate præditus sit (nam Choeronenſis docta inscitia in libello, περὶ
τῆ ἀλογα λόγῳ χρῆσθαι omnibus eruditis dudum bilem an risum
monuit) & per hæc potentias naturales in cognoscendo verò, & eligendo
do

do bono civili, interdum sit occupatus; Deusq; *ἔν ἀρχικώπων* habeat
vel ut scriptura loquitur *omnia operetur secundum consilium voluntatis*
suæ; patet eo nomine hominem etiam post lapsum aliquo modo ad simi- Eph. I. 11.
litudinem DEI accedere & ut ex Arato Paulus refert, Dei genus esse. Act. XVII.

VII.

Hanc similitudinem latè dictam variis nominibus appellave-
runt, varièq; explicare conati sunt in Ethnicismo veteres. Nos nonnul-
lorum verba, tum quod in iis apex & fastigium humanæ sapientiæ con-
sistat, & sic ostendatur, Deum nec hoc modo ἀμάρτυρον se reliquisse;
tum ut constet, gentiles *quum Deum cognovissent, nihilominus tanquam* Rom. I, 21.
Deum non glorificasse, nec gratias ei egisse, adeoq; se ipsos ἀναπολογίτως
fecisse, breviter adducemus.

VIII.

Faciemus initium à Socrate, cujus apud Xenophontem hæc le-
guntur; *nulla re indigere divinum esse: quàm paucissimū, proximum Dei*
naturæ: ac divinum quidem quod sit, præstantissimum esse: quod autem di-
vino proximum, id etiam à præstantissimo proximum esse. Quomodo Pla-
to felicitatem per ὁμοίωσιν πρὸς τὸν θεὸν definiat, notum est. Præcipua
ejus verba, quæ plurimos hodiè, qui Christianos se profiteantur pudefa-
ciunt, hæc sunt. *Mortalem naturam, & hanc inferiorem, malum circum-*
stat necessario. Conandum itaq; ut hinc fugiamus quàm celerrime. Fugæ
autem est, DEO, quantum potest, assimilari. Assimilari vero DEO, est
justum & sanctum cum prudentiâ esse. Aristoteles etiam egregiè; *τῆς μὲν*
θεοῦ, πᾶς ὁ βίη μακρὰ τῆς δὲ ἀνθρώπου, ἡ φ' ὅσον ὁμοίωμα
π τῆς ταύτης ἐνεργείας ὑπάρχει. Diu (debuisset dicere Deo, ut an-
rea in eodem capite fecerat) *tota vita beata est, sed hominibus, quatenus*
talū actionū simulacrum quoddam ipsi habent.

IX.

Ipse Epictetus: *Præcipuus philosophorum sermo brevis est. Si cupi co-*
gnoscere, lege scripta Zenonis & videbū. Quid enim prolixitatū habes,
dicere ὅτι πᾶς ἐστὶ τὸ ἐπιδοῦν θεῷ, quod finis sit sequi Deum? Græ-
cis jungamus latinorum Sapientissimum: *Inter Deum & bonum virtutū*
necessitudo est & similitudo. Hucusq; progressi sunt vi luminis naturæ
Philosophi. Interim quæ sit veta ratio similitudinis cum Deo, quam
tantopere commendant, non intellexerunt. Imo nec ipsum, in cujus

A 3

similitu-

similitudine beatitudinem ponunt, ut fas est, agnoverunt. Fuit enim illis ignotus Deus, velut ἀγνώστῳ θεῷ Athenienses altare dedicarunt. **Art. XVII.** ut taceam quod non DEI unius sed Deorum mentionem faciunt. **23.** Hoc solum nunc dico, non posse ex gentilium scriptis, ut ut sapienter nonnunquam loquantur, media, viam & modum perveniendi ad Deum peti vel disci. Hæc enim laus solis sacris literis debetur. Sic illi quidem proximum Diis esse censent, paucissimis egere, sed quomodo & qua ratione homo solo Deo contentus vivere queat, non explicant nec explicare possunt. Sic beatam vitam esse ducunt, fugere malum & Deum sequi, sed quale sit & quantum in homine malum, quovè medio id fugiendum, item quomodo sequi Deum ejusq; vestigiis insistere debeamus, nesciunt, ut potè alieni à Christo. extrà Christum enim non sequimur. sed fugimus Deum, ut iratum judicem & vindicem peccatorum.

X.

Et quamvis naturalis consideratio similitudinis DEI cum homine utilis est, & ad διγνώσμα τῆς θεῆς, de quo Paulus, sive ad legem in **Rom. 1, 31.** cordibus gentium ita scriptam, ut unà testimonium reddat iporum conscientia, suo modo pertineat, tamen non est imago illa Dei, quæ à nobis impræsentiarum attenditur. Primo enim continetur illa tantum intrà cancellos luminis naturalis, adeoq; in peccati originalis cognitionem, eamq; perfectam, quam acquirere hic annitimur, nos deducere non potest. Deinde cum misera sit conditio hominis, cum est sine fide & sine Spiritu Sancto, & tantum humanis viribus se gubernat: **artic. XX.** Nam humana vires, ut loquuntur nostri in Augustana Confessione, sine Spiritu Sancto plena sunt impiis affectibus, & sub potestate diaboli, ad varia peccata, ad impias opiniones, ad manifesta scelera homines impellentis; animadvertere licet, etiam sapientissimos gentilium, non semper veram, sibiq; consentientem similitudinem hujus, quoad per naturam cognita fuit, descriptionem tradidisse, sed falsa, impia & δεισιδαιμονία redolentia ad **Rom. 1, 18.** miscuisse, adeoq; veritatem in injustitia quasi captivam detinuisse.

XI.

Ita recte dixerunt Plato & Platonici, ut sententiam illorum ex Augustino excerptam, Dei imitorem, cognitorem, amatorem esse sapientem, cujus participatione sit beatus. At falsum est, animas per τελεταῖς sive expiationes ad similitudinem Dei reduci, quod tamen fieri posse opinabantur. Similiter concedimus, prorem puppinque vitæ humanæ

na in eo consistere, *ne similitudinē, quam cum Deo habet, oblitus animus, neglectā principatus auctoritate ad corpus & brutam ejus vitam inclinetur.* At *ἡ ἀδόξον & ἡ δόλορον*, imò specimen *φρόνηματ* & *σαρκῆς* & *Lib. III.*
ὑπερφανίας diabolicæ est, similitudinem hanc eo usq; extendere, *manu-*
ut sapiens etiam Deo par esse judicetur, quemadmodum nonnullos è *duct. ad*
Stoā, *τὴν θέσιν ἀφ' οὐλάτων* contendisse, è veterum monumentis *Stoicam*
notum est, & Liphius ac Horneius demonstrant. *Ph.*

XII.

Jam si de imagine Dei in homine, secundum ductum unius di- *XIV.*
vinæ revelationis, quætionem instituere velimus, tum duplicem potif *lib. 1. Phil.*
simū ipsius reperiemus rationem. Aut enim expressa cernitur in hac *moral.*
vitā, aut in futurā. Quod in futura vita beati imaginem Dei gerent, ex *cap. 8.*
multis S. scripturæ locis intelligitur. Ita in Epistolā ad Colossenses scri- *Cap. III, 40*
ptum est: *Quum Christus vita nostra, manifestus factus fuerit, tum & vos*
cum eo patefietis gloriosi. Clarius Johannes in hunc modum: *Dilecti,*
nunc filii Dei sumus, sed nondum manifestum est, quod erimus: Scimus au- *1. Epist.*
tem fore, ut quum ipse Christus factus fuerit manifestus, similes ei simus, *III, 2.*
quoniam videbimus eum sicuti est.

XIII.

Etsi autem de hac imagine Dei, utpote omnium maximè illustri
& perfectissimā, multa cognitu jucunda & utilis dici possunt, & dicun- *lib. XIX.*
tur ab illis, qui de summo bono (nam si *queratur a nobis* ait Augustinus, *de civ. Dei*
quid *civitas Dei de finibus bonorum sentiat, respondebit, eternam vitam esse*
summum bonum) ex professo & accuratè scripserunt, tamen instituti ra- *cap. 4.*
tio non permittit, ut ea hic uberius persequamur.

XIII.

Si vero imaginem Dei hujus vitæ, hoc est eam, quā viatores
præditos esse dicimus, perpendamus, tum vel apparebit in iis, qui omniū
primi hanc vitam ingressi sunt, nempe in Adamo & Evā, statum inte-
gritatis tenentibus, vel in iis, qui fide justificati deinceps per Dei gratiam
allaborant induere *novum hominem, qui renovatur in agnitionem con-* *Colof. III,*
gruentem imagini ejus, qui ipsum condidit. *10.*

XV.

Sed nec hæc ultima acceptio imaginis Dei, quæ elucet in renatis, huc propriè spectat. Est enim imperfecta hæc imago. Nam si dixerimus

1. Joh. 1, 9. rimus nos quamvis simus fideles & renati, peccatum non habere, nos ipsos
fallimus & veritas in nobis non est; illa autem, quæ fuit in Adamo & Evâ
ante lapsum, denotat statum bonorum omnium aggregatione perfectum,
cap. IV, 24. præcipuè vero statum justitiæ & sanctitatis, unde & illis in epistola ad
Ephesios imago dei definitur.

XVI.

Si hic operosi vellemus esse in explicandâ hujus status dignitate
& excellentiâ, quam scriptura ingeminando inculcasse videtur, tum
Gen 1, 27. omnes faterentur, hominem eò tempore maximè fuisse θεῖον, θαῦμα
θεῖον, κτίσμα ἀρχικόν, πάντων ἐσώτατον, θεῶν γένος, ζωὸν θεῖον,
φίλον θεῶν καὶ συνέργον, opus Dei, ὃς ἐπιχρίτους αὐτὸν δεχέτω
χρῶμεν εἰ αὐτῷ, εἰκόνα θεῶν, exemplum Dei, sedem ac thronum
DEI. Sed μηδὲν ἄρα, præsertim cum de his & sequentibus ὡς ἐν
κεφάλῃ καὶ περιγραφῇ agendum esse, admodum reverendus θεολο-
γῶν censuerit ordo. Tantùm notetur, ut

— in fabricâ si prava est regula prima,

Omnia mendose fieri atq; obflata necessum est,

Gen. V, 3. ita Adamum per & propter peccatū vitiatū genuisse filios ad similitudi-
nem & imaginem suam, atq; sic authorem esse illius calamitatis, quæ (ver-
hie uxor sancti Augustini è lib. XIII. de civis. Dei cap. 14.) humanum genus
origine depravata, velut radice corruptâ ad secundâ mortû exitium, quæ
non habet finem, solû eis exceptû, qui per gratiam Dei liberantur, miseria-
rum connexionem perducit.

XVII.

Ac esse quidem in omnibus post lapsum Adæ secundum natu-
ram propagatis talem aliquem morbum, seu vitium, quod nascendo ut
Anselmus loquitur de conceptu virginali cap. 26. tradamus, non tan-
tum oracula divina Rom. V, 12. ad Ephes. 2, 3. Johan. III, 6. Psalmo LI.
7. Job. XIV, 4. docent, verum etiam Catholica ex sacris literis à Spiritu
Dei informata & edocta, sine ulla dubitatione semper credidit Ecclesia.
Tantum sub initium quinti seculi Pelagius (non ille qui Tarentus sed
lib. de be- Bri to dictus est) aliter sentire cœpit. Hunc magistrum Cælestius sic sequu-
ref. cap. 88 tus est, ut sectatores eorum Cælestiani etiam nuncupentur, docente id Au-
gustino. Idem prudentissimus pater, summam Pelagiani dogmatis ibidem
sic proponit: Parvulos etiam negant secundum Adam carnaliter natos,

contra-

contagium mortuū antiquæ primæ nativitate contrahere. Sic enim eos sine
auctore peccati originali vinculo afferunt nasci, ut prorsus non sit, quod eū oportet
et eorū secundā nativitate dimitti: sed eos propterea baptizari, ut regenera-
tione adoptati admittantur ad regnum Dei de bono in malum translati, non
istā renovatione ab aliquo malo obligationū veterū absoluti.

XVIII.

Sicuti autem adjuvare aliquid Christianū Catholicū, præter id
quod acciperunt, nunquam licuit, nunquam licet, nunquam licebit: & ana-
thematizare eos, qui adnunciant aliquid, præterquam quod semel acce-
ptum est, nunquam non oportuit, nunquam non oportet, nunquam non oportebit,
ut rectè Veterum quidam loquitur; ita *καινολογία* hæc, verius
κωστωδία & hæresis, contradicens cælesti veritati, quam à Deo per
verbum revelatum accepit Catholica Ecclesia, uno eodemq; seculo
quinto, & à Milevitano, secundo Arausicano aliisque conciliis, damnata
est: ut Augustini, Hieronymi, Prosperi Aquitanici, Fulgentij, aliorumq;
scripta quæ Pelagianis, sive Pelagianistis (nam utraq; terminatione vo-
catis asserit Danæus) nunc præteream.

XIX.

Sed Arausicanum & Milevitanum, quorum non minima
fuit autoritas *παραγγωλις* & *ὡς ἐν παραδρομῇ* aspicere, non multum
juvabit, juvabit autem, si ea quæ sequuntur, expendamus. Illius canon
primus ita habet. Si quis per offensam prævaricationis Adæ, non totum
id est, secundum corpus & animam, in deterius dicit hominem commuta-
tum, sed anime libertate illusa durante corpore tantummodo corruptioni cre-
dit obnoxium, Pelagii errore deceptus, adversatur scriptura. Canon se-
cundus ita: Si quis soli Adæ prævaricationem suam, non & ejus propagini,
asserit nocuisse, aut certe mortem tantum corporis, que pena peccati est,
non autem & peccatum, quod mors est anima, per unum hominem in omne
genus humanum transisse, iniustitiam Deo dabit contradicens Apostolo. Hu-
jus verò nempe Milevitani canonem secundum *ἀντολεξεί* sic traduci-
mus: Placuit, ut quisq; parrulos recentes, ab uterū matrum baptizan-
dos negat: aut dicit in remissionem quidem peccatorum eos baptizari, sed
nihil ex Adamo trahere originali peccati, quod regenerationis lavacro ex-
pietur: unde fit consequens, ut in eū forma baptismatis in remissionem pec-
catorum, non vera sed falsa intelligatur, anathema sit.

B

XX. Er-

Erant igitur *επισκοπιδου* & *λεωροπέρι* Huldericus
 Zwinglius Tigurinus, *ἀπαίδευται* Anabaptistæ & novi in Sarmatia hære-
 tici; nam hos *παραλαβόντες* tam certum est, quam verum & indubita-
 tum primos repurgatæ religionis duces & veluti *χορηγός* hoc in nego-
 tio *ὀρθολογείν* & *ὀρθοδοξείν*.
 Vide *Ar-
 tic. 2. Au-
 gust. Con-
 fes. & A-
 pol. ibid.*

Antequam autem pergamus, tanquam *ὁδὸς πύρερον* (nam alias
 Megarensis sapiens illud suum, *ὡς τῶν ἐκ ἐν ὁδῶ*, nobis occine-
 ret) monemus, videri nobis non inconsultum, secundum Aristotelem
 ante rei definitionem primò quid res non sit ostendere.

Non est ergo peccatum originis simpliciter unum & idem cum
 Adami peccato actuali sive primâ ejus inobedientia, ut ex pontificiis
 Albertus Pighius *contra de pecc. orig.* Ambrosius Catharinus *libello de
 lapsu hominû & pecc. orig. cap. 6.* & Salmeron *tom. XIII. disput. 45. asse-*
rhent. Contrâ hos diffuse disputat Daniel Chamierus Delphinus, quem
 III. lib. 1. (ne actum agam) adire, cui libet, licet.
*Panstra-
 tia Ca-
 thol. tom.
 III. lib. 1.
 cap 7. & 8.*

Secundo non ponimus illud formaliter in obligatione ad subeundâ
 mortem, ex Adamo in omnes posteros derivatâ, nam *mors* adeoq; &
 obligatio ad mortem *est stipendium peccati*, non ipsum peccatum, ut
 diserte Paulus affirmat. Deinde si peccatum originale nihil aliud est,
 quam obligatio ad mortem temporalem, tum per baptismum obligatio
 illa remittitur. Sed non remittitur. E. Consequentia majoris patet,
 peccatum enim originale nobis remittitur cum baptismus sit *a Lava-
 crum regenerationis & renovationis in spiritu*, Christus ipse *b Ecclesiasti-
 ca* purificet *lavacro aque in verbo*, e per baptismum abluamur *a peccatâ*, &
 in Symbolo Nicœno confiteamur *unum baptisma in remissionem pecca-
 torum*. Minor ipsâ experientia constat, cum videamur infantes bap-
 tizatos nihilominus morti obnoxios esse, & sæpè actutum mori.
*a ad Tit.
 III. 6.
 b ad Eph.
 V, 26.
 c Act. 19.
 XXII, 16.*

Tertio non est peccatum originis, ipsa hominis essentia, substan-
 tia & natura, ut seculo post Christum natum tertio cœpit docere, vel
 potius

πῶτιος κερυβατιῶν μανιζαί. Manes. Hujus sectatores, non tan- Vide Epi-
 tum Manichæi, sed & Acuanitæ ab Actua ipsius discipulo postea vocati phan. ha-
 sunt, ut Ecclesiastici scriptores testantur. Ipse Manes natione Persa fuit, ref. 66. &
 & Persicis disciplinis imbutus, unde Zoroastris potius & Magorum, Nicetam
 quam Cerdonis & Apellis impiam de duobus principiis doctrinam eum Chon. lib.
 sequuntur πολυμαθῆσαι. conijcit Vossius. Cæterum ex usu fuerit, 4 thes. or-
 adire Epiphanium citato loco, Augustinum lib. XXI. contra Faustum, tho. cap. 33
 Manichæum, item libro de natura boni contra Manichæos, nec non lib. 1 de
 Damascenum in dialogo adversus eosdem, orig. &
 prog. idol.

XXV.

Auctores centuriarum Magdeburgensium, Wislariæ ex par cap. 8.
 te continuatarum, de hac hæresi sic loquuntur: Carnalem concupiscen-
 tiam, quæ caro concupiscit adversus spiritum, non ex vitiat, à in prima ho- Vide cen-
 mine naturâ nobis inesse infirmitatem, sed substantiam volunt esse contra- turia III.
 riam, sic nobis adherentem, ut quandò liberamur atq; purgamur, separetur cap. 5.
 in vobis, & in suâ natura etiam ipsa immortaliter vivat. Quæ modò re- lib. de her.
 citavimus, leguntur totidem verbis apud Augustinum. cap. 46.

XXVI.

Cum Matthias Flacius Illyrius harum centuriarum, quibus Car-
 dinalis Casar Baronius vastos annalium tomos opposuit, præcipuus ar-
 chitectus fuerit, dolendum, eum, quod ibi damnaverat, deinde probaf-
 se & quasi ab orco revocasse: Jecit autem prima fundamenta hujus
 βαρβαρισμῶ καὶ σκυθισμῶ in colloquio Vinariensi, quod anno
 1560. institutum fuit: deinde magna contentione, nec minori scandalo
 causam suam egit.

XXVII.

Cum autem juxta Bucholceri ἀκρόαμα, nullum bellum citius exar-
 descent, nullam tardius deflagret, quam Theologicum, non defuere, qui pe-
 dibus irent in ipsius sententiam. Nam Melchior Adamus Silesius inter
 sectatores ipsius numerat Wilhelmum Sarcerium, Christophorum Ire-
 næum, Joachimum Magdeburgiura, Martinum Wolfium, Heideli. In vitâ
 num, Treverum. His Wigandus addit Johannem Fridericum Celesti. Cyr. Spang
 num, Matthiam Sneider, Hieronimum Opitium, Tobiam Ruppium.
 Ac existant scripta Flaciana & Antiflaciana, quæ cum ad superioris seculi De Mani-
 historiam, quam in gravioribus nostræ βασιλικῆς disquisitionibus non tibi in re
 negli. vocato p. 1.

pag. 136.

negligenter cognoscendam esse Philippus & Chemnitius suadent, pertinent, in catalogo Germanico Draudii consignata reperies.

XXVIII.

Et sane, si peccatum est ipsa substantia hominis, quod ille parte 2. clavis script. in lib. Nosce te ipsum & alibi defendit, tum velis nolis actutum sequeretur, aut Deum esse causam peccati, aut diabolum in opere creationis Dei fuisse *ἀνυπερβεν*. Sequentur & alia absurda, ut: Christum substantiam nostram non adsumpsisse; peccatum originale in nomine S. S. Trinitatis baptizari sanctificari & salvari, peccatum ipsum in die novissimo resurrecturum, *ἡ εἰς τὸν ὡς μυστικῶν ἔννομα μοι κείτω*.

Vide Formul. Concord. art. 1.

XXIX.

Quartò peccatum originis, nō tantum non est ipsa substantia hominis, sed nec formaliter (formaliter inquam, ne quis *παρρησιασθῆ*, & omnē peccato entitatem, etiam quoad materialem ejus rationem, me denegare vociferetur) verum positivum & reale esse habet. probatur id *primò* sic: Omne ens verum reale & positivum, quatenus tale, est bonum. peccatum originis (subsumo) non est bonum, Ergo peccatum originis, quatenus tale, non est verum reale & positivum Ens. Major, verissima est. Ens enim & bonum convertuntur, ita ut dicere possis. Omne bonum est ens, & omne Ens est bonum: item: Quantum quid habet de entitate, tantum habet de bonitate, & quantum quid habet de bonitate, tantum habet de entitate, unde etiam scriptura dicit, *vidit Deus, quæ fecerat, & erant valde bona*. Minorem ita rursus probo: Nulla *ἀνομία* sive aberratio à lege divinâ in homine est bonum. Peccatum originale in homine est *ἀνομία* sive aberratio à lege divinâ, Ergo peccatum originale non est bonum, major certa est: Nec minor habet difficultatem, pugnat enim peccatum formaliter cum primavâ institutione divinâ, ordinante hominem in perfectam DEI subjectionem.

Genes. I. versu ult. 1. Job. 3, 4.

XXX.

Secundo id sic demonstratur: Omne ens verum reale & positivum est à DEO, Peccatum originale non est à DEO, Ergo peccatum originis non est verum reale & positivum ens. Majorem docet recta ratio & scriptura, Psalmo CXLVI, 6. *Dominus fecit cælum & terram, mare & OMNIA, quæ in eis SUNT* Johannis 1, 3. *OMNIA, per ipsum, FACTA SUNT, & sine ipso factum est NIHIL, quod*

FA-

FACTUM est. Actor XVII, 24. DEUS fecit mundum, & OMNIA que in eo SUNT. & versu 25. ipse dat OMNIBUS vitam & balitum & OMNIA. Minor manifesta est: quoties enim scripturâ à summâ bonitate Deum commendat, toties eum peccati causam vel auctorem quoquo modo esse ἀνομιῶς negat: Sic nemo bonus est nisi unus DEUS: DEUS enim per essentiam bonus est, secundum quam non potest non esse bonus. Sic DEUS lux est & tenebræ non sunt in eo 1. Joh. 1.5. Deinde omne quod est in mundo (videlicet confusionis, peccati) ut concupiscentia carnis, concupiscentia oculorum, superbia vitæ non est ex Patre 1. Joh. 2, 16. Tertio scriptura veram peccati causam ponit, malitiam Diaboli & voluntatem hominis, liberè se à DEO avertentis. Diabolus qui in veritate non stetit nec originem servavit, naturâ integrâ Evam seduxit. Homo verò suggestionibus Diaboli morem gerens, volens à DEO defecit. Accedit recta ratio, vi cuius non possunt non cotdiores inter gentiles, DEUM summum bonum statuere, qui nullius mali auctor sit. Rectè enim Plato. *Qualis Deum talis semper describendum, sive carminibus describasur, sive cantibus, sive etiam tragœdiâ, ita decet. Nonne igitur Deus & revera bonus est & ita dicendum? Procul dubio. Atq; nullum bonum noxium est, nonne? Nullum ut arbitror. Quod innoxium est numquid nocet? Nequaquam. Quod non nocet, numquid malum facit? Neq; istud quidem. Quod autem nihil malificat, nullius mali est causa. Nullius. Nec minus benè simplicius: Si quis Deum ipsam, mali auctorem esse, asserere non dubitet, a què atq; boni, majore compendio ù quoq; & impietatis erga Deum, & mendacii reus perazeretur. Nam quo pacto Deus summa & immutabili pradicus bonitate, malum à semetipso produceret. &c. sapienter quoq; Homerus, apud quem Jupiter:*

Ὁ νόμι, οἷον δὴ νῦν θεὸς βροτῶν ἀντιόωνται
 ἐξ ἡμεῶν γὰρ φασὶ καὶ ἐμμεναι;
 Fab, quam nunc homines in justè numina culpant
 Ex nobis namq; esse mala ajunt!

XX XI.

Quod si peccatum originis, quatenus est peccatum, verum reale & positivum esse non habet, ut βεβαίως & ἀμετακινήτως, ostendimus: oportet id utiq; certâ ratione ad non ens pertinere. Illustrabimus hoc magni Augustini verbis, quibus ille arguitis Manichæorum talos fre-

lib de na-
turâ boni
contra
Mani-
cheos
cap. 3.

git. Malum aut, est nihil aliud, quam corruptio vel modi vel speciei vel or-
dinis naturalis. Mala itaq; natura dicitur quando corrupta est: nam in-
corrupta utiq; bona est. Sed etiam ipsa corrupta in quantum natura est,
bona est, in quantum corrupta est, mala est. Et contra epistol. Manichæi
cap. XL. Quisquis non credit ex nihilo esse corruptionem, proponat sibi hæc
duo, Esse & non Esse, quasi ex diversis partibus, intelligendi gratiâ, ut cum
tardû tardius ambulemus: deinde velut in medio constituat aliquid, ut poie
corpus animanti, & querat hoc secum, dum formatur illud corpus & nasci-
tur, dum augetur, firmatur, in quantum manet & in quantum stabilitur, in
quam partem tendat, utrum ad Esse an ad non Esse? non dubitabit quidem
esse aliquid in ipsis etiam primordiis, sed quanto magis formâ & specie & va-
lentiâ stabilitur atq; formatur, tanto magis fieri ut sit, & in eam partem
tendat, quâ positum est Esse. Nunc ergo incipiat corrumpi, debilitetur
omnis ille status, languescant ille vires, marcescat robur, forma foedetur,
disiliat compago membrorum, contabescat & defluat concordia partium:
querat etiam nunc, per istam corruptionem, quo tendat, utrum ad Esse
an ad non Esse? respondeat, & non sentiat, quanto magis quid corrumpitur,
tanto magis ad interitum tendere. Omne autem quod ad interitum tendit,
ad non Esse tendit. item paulo post. Cum ista proposueris Esse & non
Esse, atq; cognoveris quando augetur species, tantû quodq; tendere ut sit, quan-
to autem magis augetur corruptio, tanto magis tendere ut non sit, quid du-
bites dicere in unaquaq; naturâ corruptibili, quid in ea sit ex Deo, quid non
sit ex nihilo, cum species secundum naturam sit, corruptio contra naturam,
quia species aucta cogit Esse, & Deum fatemur summè Esse, corruptio vero
aucta cogit non Esse, & constat, quod non est, nihil esse. Plura loca coacer-
vare non libet. Verè enim Chemnitius: Hanc regulam Augu-
stinus in multû voluminibus contra Manicheos tractat & præcipuos
nervos refutationis in eo constituit: Malum non esse naturam seu tempo-
sitivam.

XXXII.

Cum autem non Ens triplex sit, Negativum, Privativum, & Ens
rationis, & non Ens negativum vocetur, cum simpliciter res dicitur non
esse; privativum, cum quid dicitur id non esse quod esse debebat; Ens
rationis, cum quid esse concipitur, quod reverâ non est, ac necesse sit
intellectum distrahi & turbari, si quæ eo, quod multû modû distinguitur,
tanquam indistincto utatur, statuimus peccatum originale formaliter
esse

esse non Ens privativum, seu esse totalem carentiam Justitiæ Originalis, ut loquitur Formula Concordiæ.

XXXIII.

Reflectere nunc super te ipsum, anime mi, & malum hoc ἐγκεχωσμένον τῷ βίῳ in potentis contemplare. Intellectus tuus antequam renasceris, est μάταιος Ephel. 4, 17. ἐσχετισμένος, ἀπηλλοτριωμένος τῆς ζωῆς τῆς θεῆς Ἀλλὰ τὴν ἀγνοίαν ibid. vers. 18. non idoneus ex seipso ad cogitandum quicquam velut ex seipso 2. ad Cor. 3, 5. non est capax eorum quæ sunt Spiritus Dei. Sunt enim ei stultitia, nec potest cognoscere I. ad Corinth. 2, 13.

XXXIV.

Et profecto tanta est ἀπάθεια & ἀνομία appetitus, tam rationis quam sensuum, ut ipse Paulus Romanorum 7, 18. de seipso fateatur, non habitare in se, id est in carne sua bonum: nam velle adesse sibi, sed ut, quod bonum est efficiat, non assequi. eodem capite concupiscentiam illam appetitus vocat legem in membris suis belligerantem adversus Legem mentis, & captivum reddentem se legi peccati, quæ sit in membris. Huc facit, quod scribit ad Galat. V, 17. Caro concupiscit adversus spiritum, Spiritus autem adversus carnem: hæc autem inter se opposita sunt, ut non quacumque volueritis, eadem & faciatis. & Rom. 8, 5. Qui secundum carnem sunt, quæ carnis sunt sapiunt. Qui vero secundum spiritum, quæ spiritus sunt. Nam quod sapit caro, id est quod carnalis corruptio suadet, & quo inclinat ac impellit, mors est. Quoniam quod sapit caro, inimicitia est adversus Deum. Legi enim Dei non subicitur: nam ne potest quidem. Ergo qui in carne sunt, Deo placere non possunt Porro quomodo ad Galatas 5. textat Apostolus catalogum operum eorum, quæ impulsu congenitæ pravitatis perpetrari solent, non eget demonstratione.

XXXV.


Ergone inquires, tam in naturalibus quam in spiritualibus nulla apparent post lapsum in non renatis imaginis Dei vestigia? Respondeo, in his nulla. Eò enim pondera verborum Apostolicorum tendunt. In illis vero aliqua similitudo DEI superest, sed late dicta. Strictè enim & propriè sumpta imago quæ describitur Gen. 1. 17. Coloss 3. 10 Eph. 4. 24. penitus amissa est ut supra patuit, & in conspectu, ἐ θεὸς θέλει, ubertius declarabimus.

36. Quæ

Quæ autem in hac materiâ cum propter luctum, tum propter valetudinem, non sunt satis polita, ijs *κατὰ τὸν δεύτερον Φασι πλὴν*, *li-*
mam & ἐπίδοσιν addemus. *δεῖ γὰρ ἰσως* ut Philosophus monet, *ὑπὸ τῶ-*
πῶσαι πρώτων, εἶδ' ὕστερον ἀναγράψαν.

Interea partim *ἀνακεφαλαιώμενοι*, partim ex iis, quæ restant, potiora eligentes ealem damus peccati originalis descriptionem: Peccatum originis est à primo peccato & inobedientiâ Adami in omnes ejus posteros communi & carnali modo progenitos derivata justitiæ originalis privatio, & intima ac ineffabilis corruptio omnium virium naturæ, eos reddens impotentes sive inhabiles ad cognoscendum, amandum & colendum Deum, quemadmodum oportet, & proinde faciens, ut de Deo non sciant, quæ scire debebant, verba ejus quamvis revelata in dubium vocent, bona caduca Dei amori præferant, & ad ea inordinatè ferantur, atq; adeo excludens à gratiâ & amicitîâ Dei & à regno cœlorum.





FACTUM est. Actor XVII, 24. DEUS fe
 que in eo SUNT, & versu 25. ipse dat OMN
 & OMNIA. Minor manifesta est: quoties eni
 nitate Deum commendat, toties eum peccati o
 quo modo esse *ἀνομιως* negat: Sic nemo b
 DEUS enim per essentiam bonus est, secu
 non esse bonus. Sic DEUS lux est & tenebra
 Deinde omne quod est in mundo (videlicet co
 cupiscentia carnis, concupiscentia oculorum
 Patre 1. Joh. 2, 16. Tertio scriptura veram pecca
 Diaboli & voluntatem hominis, liberè se à D
 qui in veritate non stetit nec originem ser
 seduxit. Homo verò suggestionibus Diaboli
 DEO defecit. Accedit recta ratio, vi cujus no
 inter gentiles, DEUM summum bonum sta
 ctor sit. Rectè enim Plato. *Quali Deum tal*
carminibus describasur, sive cantibus, sive etiam
ne igitur Deus & revera bonus est & ita dicenda
lum bonum noxium est, nonne? Nullum ut arbiter
quid nocet? Nequaquam. Quod non nocet, numqu
quidem. Quod autem nihil mali facit, nullius m
minus beate simplicius: Si quis Deum ipsum, mal
dubitet, aequè atq; boni, majore compendio in quo
& mendacij reus perazeretur. Nam quo pacto D
præditus bonitate, malum à se metipso producere
merus, apud quem Jupiter:

Ὁ νόμος, οἷον δὴ τοῦ Θεοῦ βεβήτως ἀντιτάσσ
 ἔξ ἡμεῶν γὰρ φασὶ καὶ ἐμμεναι;
 Vab, quam nunc homines in justè nomina culpa
 Ex nobis namq; esse mala ajunt!

XXXI.

Quod si peccatum originis, quatenus est
 positivum esse non habet, ut *βεβήτως* & *ἀ*
 oportet id utiq; certâ ratione ad non ens per
 magis Augustini verbis, quibus ille arguitis
 B

OMNIA
 & balitum
 ummâ bo
 orem quo
 ns DEUS:
 non potest
 1. Joh. 1.5.
 (ati)ut con
 non est ex
 t, malitiam
 Diabolus
 egrâ Evam
 s, volens à
 ordatiores
 us mali au
 pendus, sive
 ecer. Non
 Atq; nul
 am est num
 Neq; istud
 illius. Nec
 sferere non
 rga Deum,
 immutabili
 quoq; Ho-

ama reale &
 tendimus:
 imus hoc
 talos fre
 git.

